

bentibus ut personam idoneam, iuxta ordinem sub n.3 statutum, deputare valeant, quae, ad actum, SS.nam Communionem distribuere possit, in casibus necessitatis".

Praefata norma, textui Instructionis *Fidei Custos* H S.C. diei 30 Aprilis 1969, sub n.3 bis, interponenda est.

ALLEGATO N. 2 - Sacra Congregatio pro Cultu Divino.

RITUS AD DEPUTANDUM MINISTERUM, QUI, AD ACTUM, SACERDOTE IN DISTRIBUTIONE COMMUNIONIS INFRA MISSAM ADIUVABIT.

1.- Dum fractio Panis et immixtio peraguntur, qui sanctam Communionem distribuere debet, veste huic sacro ministerio convenienti indutus, ad presbyterium accedit et coram sacerdote se sistit. Expleta invocatione *Agnus Dei*, sacerdos eum benedicit his verbis: *Benedicat et custodiat te Dominus ad Corpus Christi fratribus tuis hodie ministrandum*. Omnes respondent: *Amen*.

2.- Postquam vero sacerdos de more ipse Sacramentum sumpsit, sanctae Communionis ministrum, si hic communicandus sit, communicat; ac deinde pyxidem vel vas cum hostiis ei porrigit, et uterque ad Communionem fidelibus ministrandam accedit.

3 - Sanctam Communionem distribuens, minister dicit singulis: *Corpus Christi*, cui communicandus respondet: *Amen*.

4 - Distributione Communionis expleta, minister manus abluit, ac deinde ad locum suum in coetu fidelium revertitur.

CONSULTAZIONE DELLE CONFERENZE REGIONALI " CIRCA TITULOS ET VESTES CHORALES ET PRESBYTERALES "

Si porta a conoscenza di tutti i Membri della C.E.I., la lettera numero 126988/I della Sacra Congregazione per il Clero, inviata al Cardinale Presidente in data 3/XII.1969..

Il documento e' stato gia' esaminato nella recente sessione del Consiglio di Presidenza e fu deciso che le singole Conferenze regionali avreb-

bero espresso collegialmente le loro proposte di adattamento..

Si coglie l'occasione per sollecitare cortesemente le risposte..

Eminentissime Domine,

In Instructione *Ut sive sollicite* d. 31 martii 1969, quo melius exte-
riores formae ecclesiasticae vitae rite conformentur ad sensus hodiernae
societatis et ut quam maxime facilius reddatur pastoralis actuositas Sacro-
rum Ministrorum, datae sunt normae respicientes Vestes, Titulos atque in-
signia Cardinalium, Episcoporum ac Prelatorum.

Ad n. 35 memoratae Instructionis edicitur: "Quod denique spectat ad Ca-
nonicorum, Beneficiariorum Parochorumque vestes et titulos, aptae praescri-
ptiones a S. Congregatione pro Clero in posterum edentur, quae ad huius ta-
men Instructionis rationes accomodabuntur, scilicet ut in hac etiam mate-
ria omnia ad simpliciorum formam redigantur".

Huic Sacrae Congregationi pro Clericis, attendente rei difficultate ac va-
rietate circumstantiarum in singulis regionibus existentium, visum est rem
esse prius committendam pro opportuna consideratione et studio variis Con-
ferentiis Episcoporum, qui concrete determinare velint quaenam aptationes
possint ac debeant introduci circa titulos et vestes chorales et presbyte-
rales.

In primis prae oculis habeantur nonnullae fundamentales normae:

- 1) Reformatio sapiat oportet simplicitatem evangelicam, quae excludit quod-
vis ostentationis signum; sit tamen adaequata particularibus modis co-
gitandi singulorum populorum.
- 2) Vestes atque insignia propria Episcoporum nequeunt ab aliis assumi, sal-
tem quoad colorem.
- 3) Privilegia autem quae, ab Apostolica Sede olim concessa sunt personae
sive physicae sive morali, nunc tamen temporis progressu obsoleta eva-
serint propter rerum adiunctorum mutationes, per se cessant, ad mentem
canonis 77 C.J.C.
- 4) Cautè tamen considerandae sunt mens atque possibiles considerationes si-
ve ecclesiasticorum virorum, sive fidelium, quos reformatio tangit.
- 5) Juxta generalem normam jam editam, vestibus atque insigniis, canonici,
beneficarii, parochi, nequeunt uti extra propriam dioecesim.
- 6) Singulis Conferentiis Episcoporum erit indicare quo meliori modo proce-

di possit et Sacram Congregationem pro Clericis tempore opportuno certio-
riorem reddere de rationibus habitis et de exitu in singulis dioecesi-
bus sperando.

Antequam tamen definitivas normas impertiatur, haec Sacra Congregatio
singulas Conferentias Episcoporum denuo certiores faciet..

Haec dum Tecum communico, responsionem ad has praesentes litteras cum
fiducia expectans, omni quo par est obsequio permanere gaudeo

Eminentiae Tuae Reverendissimae

addictissimus in Domino

- P. PALAZZINI, a Secretis

J. Card. WRIGHT, Praef.

"MEMORANDUM" CIRCA LA VITA CONTEMPLATIVA E LA CLAUSURA DELLE MONACHE

*La Nunziatura Apostolica d'Italia, con lettera n.11/70 del 7.1.1970 ha
trasmesso per incarico della Sacra Congregazione per i Religiosi e gli Istiti
tuti Secolari, il seguente "memorandum", con preghiera di portarlo a co-
noscenza degli Ordinari e dei Monasteri d'Italia..*

*Al presente numero del "Notiziario" ne viene allegata copia perche',
eventualmente moltiplicata e magari tramite il Delegato diocesano per le
Religiose, possa pervenire ai Monasteri esistenti in Diocesi..*

Memorandum

Cum, post editam a Sacra Congregatione pro Religiosis et Institutis
Saecularibus Instructionem de vita contemplativa et de Monialium clausura
Venite seorsum, ab Episcopis, sacerdotibus et religiosis, dubia quaedam de
eiusdem Instructionis valore proposita fuerint, ad Monialium animos paci-
ficandos et Moniales ipsas in suo proposito firmandas, quae sequuntur com-
municanda opus esse videntur: